



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

173. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

nandos , sicut nec usurarios vel injuriarum Conc. Agath.  
suumultores.

c. 69.

Burchard. lib.

2. c. 17.

Vnde suprà.

C L X X I I . Si quis in aliquo ecclesiastico Burchard. lib.  
gradi sacratus percussor extiterit , corripiatur 2. c. 190.  
acerrimè. Si non emendaverit , tribus mensi-  
bus pœniteat in pane & aqua.

De eadem re. *Ex canonibus Apostolorum.*

C L X X I I I . Episcopum aut Presbyterum Can. Apollo -  
aut Diaconum percutientem fideles delin- lor. c. 28.  
quentes aut infideles iniquè agentes , & per  
hujusmodi volentem timeri , deici ab officio  
suo præcipimus , quia nusquam nos hoc Do-  
minus non docuit ; è contrario vero ipse ,  
cum percuteretur , non repercutit.

Ne Clerici arma ferant. *Ex Capitularibus*  
*lib. i. tit. lxxii.*

C L X X I V . Omnimodis dicendum est Lib. i. Capi-  
Presbyteris & Diaconibus ut arma non por- tular. c. 70.  
tent , sed magis se confidant in defensione Dei Burchard. lib.  
quam in armis. 2. c. 212.

De eadem re. *Ex Concilio Meldensi.*

C L X X V . Quicunque ex clero esse viden- Concil. Meld.  
tut , arma militaria non sumant , nec armati c. 37.  
incedant , sed professionis suæ vocabulum re- Burchard. lib.  
ligiosis moribus & religioso habitu præbeant. 2. c. 211.  
Quod si contempserint , tanquam sacerorum  
canonum contemptores & ecclesiasticae san-  
ctitatis profanatores proprij gradus amissione  
multentur , quia non possunt simul Deo & se-  
culo militare.